Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

Nepotinus dere difficillima ostendit non posse explicari: nec si Carneadem ipsum orcus remittat: Is enim legatus ab athenienfibus romam missus est: disputauit de iustitia copiose audiente Gallio & catone censorio maximis tunc oratoribus. Sed idem disputationem suam postridie contraria disputatione subuertit: & iustitiam: quam pridie laudauerat sustulit: non quidem phi grauitate cuius firma & stabilis debet esse sententia. sed qui oratorio exercitij genere in utramque partem disserendum: quod ille facere solebat: ut alios quodlibet asserentes posset refutare: Enim disputationem qua iustitia euertitur Apud Ciceronem. L. Firmianus recordatur: Credo quin de re.p. disserebat: ut defensionem laudationemque eiq inducere: sine qua non putabat posse rem publicam Carneadem autem: ut Aristotelem refelleret. ac platonem iustitiae patronos. prima illa disputatione collegit ea omnia: que pro iustitia dicebantur: ut possit illa sic fieri: euertere: Enim. h. facillimum iustitiam radices non habentem labefactari: Quia cum nulla certa sint: utrum esse. aut quale a philosophis cerneretur Atque ut tot: ac tales iuri quam eloquentiam animum: tantum scientiae ad implendam defensionem simul uirtutis habuisse: cuius origo in religione. iustitia in equitate est: Sed hi: qui primam illam partem nescierunt: nec sedam quidem tenere potuerunt: Volo autem prius cum scripto. ac breuiter: quid sit ostendere: ut intelligatur philosophos ignorasse iustitiam: nec id quod minime nouerunt: potuisse defendere: Iustitia quippe omnes simul virtutes amplectatur: tamen duae sunt omnium principales: quae ab ea diuelli separique non possunt. Pietas & equitas: Hanc fidem Temperantia. probitas. Innocentia. Integritas & ceteri huiusmodi uel mali uel in stitutis parentum possunt esse in his hominibus: qui iustitiam nesciunt: sicut se nescierunt: Nam romani veteres: qui iustitia gloriari solebant. hisque uirtutibus gloriabantur: quae: ut dixi proficiscuntur a iustitia posse: & ab eo fonte secerni Pietas vero & equitas qui vere sunt eius: His. h. duobus fontibus constat tota iustitia. Sed caput eius & origo in illo primo est: In secundo uis ratio: Pietas aut nihil aliud est: qui dei notio: licet sit insinuatus veritatem diffiniuit: ut a loco dictum: Si ergo pietas est agnoscere deum: cuius agnitionis haec summa est: ut colas: Ignorat utique iustitiam: qui religione dei non tenet: Quo. h. poterit ipsam nosse: qui unde oriatur: ignorat: Plato quidem multi de uno deo loquutus est: a quo aut constitutum esse mundum: sed nihil de religione: Sommauerat. h. deum: non agnouerit. Et si iustitiae defensionem vel ipse vel quilibet alius implere voluisse: in primis deorum religionem euerteret: Quia contrarie sunt pietati. Quod quidem Socrates quam facere temptauit: in carcerem conjectus est: utinam tunc appareret quid esset futurum his hominibus: qui iustitiam veram defenderent:

Plato deum non agnouit licet de uno deo multa dixerit.